

[1648?]

"RESOLUTIO¹ CUIUSDAM DUBIJ CIRCA VERBA INSTRUMENTIS PACIS MONASTERIENSIS [=WESTFÄLISCHE FRIEDENSSCHLÜSSE], QUIBUS HELVETIJ DICUNTUR ESSE IN POSSESSIONE, VEL QUASI POSSESSIONE LIBERTATIS."

Subicitur ergo, An particula Quasi praedictis legitima, et aliquot iam saeculis continuata Possessione Helvetiae Libertatis?

R. His verbis Libertati Helvetiae nullum prorsus inferri praedictum, sed observari stylium ac loquendi modum in utroque Jure usitatum, iuxta quem res tantum Corporales dicuntur possideri, res vero Incorporales dicuntur quae non possideri; uti constabit ex sequentibus.

Item G. Juris civilis tom. 2. libro 41. Digestorum. tit. 3. Lege 4. §. 27. dicitur, quod Jus in Corpore non possideatur. At Jus ad aliquid etiam Corporeale numeratur inter res Incorporales, ut probat Molina tom. 1. de Jure et Justitia. tract. 2. disp. 2. pag. 31. lit. C. Ergo res Incorporales non dicuntur possideri. Tenim Possessio appellata est à Sedibus, quasi sit Sedem positio. ut habetur cit. libro 41. Digestorum. tit. 2. Lege 1. Sed in rebus Incorporalibus non potest Sedes poni: Ergo res Incorporales non dicuntur proprie possideri. Sed Libertas est res Incorporalis; nam in Jure vocantur res Corporales, quae tangi possunt, uti constat ex Molina loco cit. Libertas autem non potest tangi: Ergo Libertas. Secundum communem, et in Jure usitatum loquendi modum non dicitur possideri; illa enim possideri possunt, quae sunt Corporalia. cit. tit. 2. Lege 3.

2^{do} Cuius Bartolus³ Juris Civilis peritiss^{mus}: in proximo citata lege 3. num. 1. asserit: Corporalia proprie possideri; Incorporalia vero non possideri proprie, sed Quasi possideri. Cuius Doctrina Bartoli fundatur in libro 6. Digestorum. titulo 2. Lege 32. §. Libertas. Vbi sic habetur: Natura servitutum, Glossa subdit, Jurisconsultum melius dicitur fuisse; Libertatum ¶ ea est, ut possideri non possint. Evidenter ergo constat, Libertatem non dici proprie possideri, sed Quasi possideri. Nam ut idem Bartolus in Lege 1. cit. lib. 4. Digestorum. tit. 2. ait, Possessio à pedum positione dicta est: cum in Possessione agatur Corporali apprehensione, sive pedum, sive manuum, que sunt precipua Instrumenta acquirenda possessionis; siquidem pedibus bona Immobilia, manibus vero bona Mobilia apprehendamus, uti observat Bredersdijus Jurisconsultus in Resolutione Dialectica Institutionum Imperialium⁵ libro. 2. tit. 6. §. De continuâ possessione. Cum igitur res Incorporales: V. g. Dignitas, seu Libertas, neq; manibus, neq; pedibus possit apprehendi; Libertas non dicitur proprie possideri, sed quasi possideri.

3^o Abbas Panormitanus Ordinis S. Benedicti, inter Doctores Juris Pontificii facit principis, in suo Thesuro singularium in Jure Canonico Decisionum⁶ pagina. 62. columna. 2. verbo Possessio, ita scribit: Possessio in Incorporalibus non est vera Possessio, sed Intellectualis; Interpretativa, et Improperia, quia Jura Possessionem Incorporalium, quandoq; spectant Possessionem Intellectualem, quandoq; Improperiam. Quo loquendi modo, deinceps differens de rerum, maximo Incorporalium, possessione, frequentissime utitur, dicendo eiusmodi res possideri, vel quasi possideri, ut ex loco cit. constat. Hinc Abbatis Doctrina concordat Cardinalis Tuschus, qui tom 6. Practicarum conclusionum Juris⁷ littera. I. conclusione. 203. n. 1. ista habet: Possessio appli-

ceteris rebus Corporalibus, quae vere et realiter haberi et possideri possunt. Quasi possessio applicatur rebus Incorporeis, quae vere possideri non possunt, ideo in eis inducitur possessio eo modo quo fieri potest, quae appellatur Quasi possessio, quae proprie applicatur Juribus Incorporeis.

Conferat etiam Romanus⁸ Episcopus Segobienensis, et Philippus secundus Hispaniarum Regis summo Praetorio Praefectus, ac Juris Clarissimus Interpres, qui in secunda pralect. cap. Possessor. de Reg. Juris, in initio. n. 8. docet, res Incorporeas vere ac proprie non possideri, sed quasi possideri.

Cum ex loquendi modo non tantum Juris Caesari, sed etiam Pontificis Doctoribus, Libertas, quam nemo dubitat inter res Incorporeas censeri, non dicitur possideri, sed quasi possideri.

Ad Ludovicus Molina è Societate Jesu, primarius quondam in⁹ Academia Sacra Theologia Professor tom. 1. de Jus et Just. tract. 2. disp. 12. pag. 70. et 71. ita habet: Possessio, ut Paulus Jurisconsultus¹⁰ Lege 1. in principio. Digestis. De acquirenda possessione, ait, dicitur à Pedibus, quasi Pedum possessio, eo quod potissimum actus, quo Possessio rerum immobilium, quae praecipua sunt, comparatur, sit pedum in eis positio, ut colligitur ex Lege 3. in principio. Digest. eodem titulo. Est praecipuus actus quo possessio rerum Mobilium acquiritur, sit apprehensio earum manu, ut colligitur ex Lege 1. §. 1. Digest. eodem tit. In nomine ergo Instrumenti, quo Possessio rerum immobilium, quae inter ea quae possidemus, maioris sunt pretij, comparari consuevit, desumptum est nomen Possessionis in genere. Est autem Possessio rei Corporalis detentio, corporis et animi, iurisq. administratio. In qua definitione Possessio dicitur rei Corporalis detentio, quia rerum Incorporearum, ut Jurium, et Servitutum (ac Libertatum) non est proprie Possessio.

Similia docet Card. De Lugo, adhuc degens in viuis, et olim in Romano
 Collegio Sacrae Theologiae Professor, qui tomo 1. de Jure et Justitia. disp.
 2. §. petitione 2. in principio ita scribit: Possessio dicitur à Pedum positione;
 ut voluit Paulus Jurisconsultus in Leg. l. §. 1. Digest. de acquirenda pos-
 sessione; quia potissimum actus, quò possessio rerum immobilium apprehendit,
 est Pedum positio, ut colligitur ex Leg. 3. §. 1. eodem tit. Alij volunt
 dici à Sedis positione, alij ab antiquo nomine Pos, id est, Potens;
 et Sedes, quasi cum potestate sedes. Conuincior autem Possessionis defi-
 nitio est haec: Possessio est rei corporalis detentio, corporis et animi,
 iurisq; administratio. In quâ definitione mentis fit reru' solum corpo-
 raliu', quia Incorporalia non dicuntur possideri proprie, sed
 Quasi possideri: is tamen poterit per extensionem applicari tota
 doctrina de Possessione.

Ex quibus omnibus euidenter patet, iuxta Communem Juris tam (a sacri
 quam Pontificij, ino et Sacrae Theologiae stylium, ac loquendi modu',
 res Incorporatas non dici possideri, sed Quasi possideri; At Libertate
 esse rem Incorporatam, constat ex Molina supra argumento primo relato.
 Quare dum Helvetij in Instrumento Pacis Monasterij apud diu-
 tur esse in Possessione, sed Quasi possessione Libertatis, nulla
 hisse verbis inferitur Heluetica Libertati praedicta, sed loquen-
 di modo Jurisperitis unitate firmantur Heluetij in Possessione,
 ac Jure insistendi sua Libertati, tanquam non prohibita ab
 ipsis possideri, iuxta ea quae habet Bartolus in Leg. 1. num. 8.
 et 9. Digest. De acquirenda possessione.

- 1) Diese Schrift ist bei Barth/Bibliographie I 123 nicht verzeichnet. Auch in den Beständen der Zentralbibliothek Luzern und des Staatsarchivs Luzern findet sich diese als kath. Sicht geschriebene "Resolutio" weder in gedruckter noch handschriftlicher Form. Diese Angaben verdanken wir Dr. A. Gössi, Staatsarchiv Luzern, und Herrn Peter Kamber, Zentralbibliothek Luzern.
- 2) =Luis de Molina: De Justitia et Jure. Bd. 1. Cuenca 1592. Dieses und alle weiter unten genannten Werke finden sich nicht in der Zurlaubiana.
- 3) =Bartolo da Sassoferrato
- 4) =Bartolo da Sassoferrato: In digestum novum. Verschiedene Ausgaben!
- 5) =Petrus Cornelius de Brederode: Resolutio dialectica IV libror. institutionum Imperialium. (Basel 1593)
- 6) =Nicolaus de Tudeschis, gen. Panormitanus oder Abbas modernus: Abbas Panormitani in V Decretalium Libb., ... Thesaurus singularium Jn Jure Canonico decisvor. ... Venedig 1617-1618.
- 7) =Domenico Tosco: Practicae conclusiones juris. Verschiedene Ausgaben!
- 8) =Diego de Covarruvias y Leyva [gest. 1577], Bischof von Segovia, Präsident des königlich-spanischen - Philipps II. - Staatsrates. Mit dem weiter unten genannten Werk sind wohl die Opera omnia emendatiora et auctoria gemeint. Verschiedene Ausgaben!
- 9) =Evora
- 10) Unklar, um wen es sich bei "Paulus Jurisconsultus" handelt.
- 11) =Juan de Lugo, Theologieprofessor am Römischen Kolleg: De Justitia et Jure. Lyon 1642.

Wohl aus dem Besitz des Zuger Stadt- und Amtesrates **Beat II**. Zurlauben AH 103, 104-107 - Blatt 106 und 107 leer

29

1612 Juli 1.

A

INSTRUKTION VON RAT UND BÜRGER DER STADT ZUG AUF DIE AM 1. JULI
1612 IN BADEN BEGINNENDE JAHRRECHNUNG

EA V 1, 1086 (Nr. 803)

"Wir die Rät und Burger der Statt Zug Thund Khundt hiemit daz wiew von unser und von unser Statt wegen uff die Beschribne Eydtgnossische Tagleistung diser Zytt Jnn Baden unsern Jnnsonders Lieben ... Statthalteren Herrn Cunradt [III.] Zurlauben zu einem abgesandten¹ abgeordnet, daz er daselbsten gemeynen Eydtgnossischen gschefften unnd sonsten noch unerörhrt zwischentt den Ohrtten loblicher Eydtgnosschafft unnd dero Pundtsverwandten solle bywohnen und sollche mitt gemeynen Catholischen Ohrtten helfen beradtschlagen und betragen, alles dahin, darmitt der wahre Catholische Glauben, auch Fridt Ruw und Eynickeitt Jnn gemeyner loblichen Eydtgnoschafft erhalten, unnd unz unrichtig abgelennt werde nach vermög dero von unser Statt und Ampt gestellten Jnstruction, Sovill aber die geschefft der Jarrechnung diss Jars son-